

Bemerkungen über die chilenischen Unionen.

Von Dr. R. A. Philippi.

Molina erwähnt in seiner Naturgeschichte Chile's (italienische Ausgabe von 1782 p. 203) drei Arten Süßwasser-*Mytilus*, welche er *Dollum*, *Pellu* und *Uthif* nennt. Er hat damit *Anodonta*-Arten gemeint, da Linné dieses Genus unter *Mytilus* begriff, während bei ihm das jetzige Genus *Unio* mit *Mya* vereint war. Allein nachdem ich nunmehr bald 17 Jahre in Chile ansässig bin, muss ich die Behauptung aussprechen, dass in Chile gar keine Art von *Anodonta*, wohl aber eine ziemliche Menge Arten *Unio* vorkommen, was um so auffallender ist, als Raimondi in Peru umgekehrt wohl mehrere Arten *Anodonta*, aber keinen *Unio* angetroffen hat.

Herr Hupé, welcher in dem bekannten Werk von Gay die Mollusken bearbeitet hat, führt 5 Arten chilenischer *Unio* an, nämlich: 1. *Unio depressa* Lamk., 2. *Unio obtusa* Fér. (*U. auratus*), 3. *Unio Molinae mihi*, 4. *Unio araucana*, 5. *Unio chilensis* Gray. Den von mir 1848 in der Zeitschr. f. Malakoz. p. 176 beschriebenen *U. Casaeblancae* hat er übersehen.

Was nun *U. obtusus* Fér., den d'Orbigny und nach ihm Hupé für *U. depressa* Lesson non Lamarck und *Naya aurata* Com. erklärt, anbetrifft, so zeigt die eitirte Abbildung bei Lesson einen 70 mm. langen, 41 mm. hohen *Unio*, der am Analende senkrecht abgestutzt ist und keine Ähnlichkeit mit der Art hat, die ich als *Unio auratus* (*Niaeaurata* Swains.) bestimmt und abgebildet habe. Leider ist auf der hiesigen Bibliothek der Text zu Lesson's Abbildung verlegt. Die von d'Orbigny p. 610 beschriebene, nicht abgebildete Art war von Herrn Fontaine in der „Laguna“ bei Valparaiso gesammelt.

Unio depressa Lamk. ist nach diesem Naturforscher aus Nen h o l l a n d ! und wenn diese Angabe richtig ist, so kommt sie wohl sicherlich nicht in Chile vor. Die von d'Orbigny und nach ihm von Hupé beschriebene Art ist in den Flüsschen

bei Valparaiso gefunden und leider nicht abgebildet worden. Wer die Lamarck'sche, ebenfalls nicht abgebildete Art aus ihrer blossen Diagnose erkennt, erit mihi magnus Apollo.

Unser Museum besitzt folgende Formen, welche ich für unbeschrieben halte, und die man hoffentlich nach meinen Beschreibungen und Abbildungen wieder erkennen wird.

1. *Unio jacobaeus Ph.*

U. testa solida, ovato-elliptica, modice compressa. postice subrostrata; epidermis e viridi fusca, satis rugosa; apices parum prominentes, ad $\frac{1}{4}$ longitudinis siti; margo dorsalis cum declivi postico arcum regularem formans, ventralis convexus; dentes cardinales crassiusculi. — Long. 72 mm., altit. 41 mm., crass. 23 mm.

Prov. chilensem Santiago incolit.

Unicum specimen suppetit. Altitudo et crassities maximae in media testae longitudine; maxima longitudine partis buccalis in media altitudine, partis analis in tertia altitudinis parte. Dens cardinalis anticus valvulae sinistrale in latere postico impressionem profundam a dente interiore valvulae dextrae factam ostendit. Nymphac elongatae fere dimidiam longitudinem (rectius $\frac{3}{7}$) occupant. — Forma convexa dorsi cum *U. Landbeeki*, *U. aurato*, *U. solidulo* convenit, sed prior valde tenuis, compressus, rostratus; *U. auratus* magis ovatus est, eique dentes cardinales antici compressi, tenues; *U. solidulus* impressionem muscularem anticam longe diversam, intus nihil prominentem habet, ut caetera taceam.

2. *Unio longus Ph.*

U. testa tenui, elongato-elliptica, compressa, laevi, nitida, e lutescente fusca, postice obscura, virente; latus bucale brevissimum, rotundatum, posticum valde elongatum; apices ad $\frac{1}{6}$ longitudinis siti; margo dorsalis convexiusculus, sensim in declive posticum abiens; margo ventralis concaviusculus; dentes cardinales compressi, tenues. — Long. 71 mm., altit. 34 mm., crass. 18 mm.

Habitat in flumine Maullin prov. Valdiviae.

Unicum specimen vidi. Vertices valde erosi. Altitudo

maxima in media longitudine. Pars buccalis maximam longitudinem ad $\frac{3}{4}$, analis ad $\frac{1}{4}$ altitudinis habet. Nymphae sat breves, tertiam testae longitudinis partem aequant. Margarita antice albida, caeterum sat intense caerulea, in parte erosa sordide luteo-aenea. — Forma elongata, compressa. testa tenui, latere buccali brevissimo, margine ventrali subsinuato, dentibus compressis facillime a reliquis chilensisbus distinguitur. Forma accedit ad *U. patagonicum* d'Orb. Voy. t. 70. f. 1—3, sed extremitas postica nostri minus rostrata, minus acuta, dentes cardinales valvulae dextrae longe minus prominentes, et testa tenuissima. (*U. patagonicus* ex eadem latitudine geographica, e fluvio Rionegro est.)

3. *Unio Landbecki Ph.*

U. testa tenui. ovata-elliptica, compressa, laevigata, epidermide e luteo fulva vestita; apices haud prominentes ad $\frac{1}{4}$ longitudinis siti; margo dorsalis posterior valde convexus, ventralis convexus; extremitas analis rostrata; dentes cardinales debiles compressi. — Long. 63 mm., altit. 38 mm.; crass. 16 mm.

Prope Vichuquea in prov. Colchagua invenit orn. Landbeck.

Unicum specimen vidi. Testa tenuis ut in *U. longo*, sed forma valde diversa. Pars dorsalis valde convexa, extremitas antica rotundata, analis rostrata, margo ventralis nempe ante rostrum subsinuatus. Dens cardinalis anticus exterior valvulae dextrae interiore multo minus elevatus, valvulae sinistrae in latere interiore impressione notatus; dens cardinalis posticus brevior quam in reliquis speciebus chilensisbus; nymphae breves, tertiam longitudinis partem haud aequantes. Apices erosi margaritam luteo-ferrugineam ostendunt; margarita interior pulchre purpurea.

4. *Unio solidulus Ph.*

U. testa solida, ovato-elliptica, crassiuscula, epidermide rufa vestita, satis striata; apices satis prominentes, inter $\frac{1}{4}$ et $\frac{1}{3}$ longitudinis siti; margo dorsalis anticus excavatus, posticus cum declivitate postica arcum regularem formans, ventralis convexus; dentes cardinales solidi, crassi. — Long. 53 mm., altit. 33 mm., crass. $20\frac{1}{2}$ mm.

Specimen prope Santiago lectum servo.

Reliquis chilensisibus crassior et solidior. Vertices plicati ut in *U. jacobaeo* et aliis; regio lunulae concava. Maxima altitudo et crassities in media longitudine; maxima longitudine partis buccalis in media altitudine, partis analis in tertia altitudinis parte. Nymphae $\frac{2}{5}$ longitudinis aequant. Dens cardinalis anticus valvulae sinistrale in latere interiore impressionem profundam exhibit. Margarita alba, postice sordide luteo-aenea. — Inter species chilenses unice cum *U. jacobaeo* comparari potest, a quo, ut jam monui, primo adspectu impressione musculari antica intus haud prominente valde differt.

6. *Unio diplodon Ph.*

U. testa tenui, ovato-elliptica, modice compressa, epidermide e luteo fusca vestita; apices haud prominentes, ad $\frac{1}{5}$ — $\frac{1}{4}$ longitudinis siti; margo dorsalis parum arcuatus, cum declivitate postica angulum vix distinctum formans; ventralis medio rectilineus; dentes cardinales antici in valvula sinistra pariter duo. — Long. 50 mm., altit. fere 30 mm., crass. 15 mm.

In fluvio Angachilla prov. Valdiviae specimen inveni.

Forma regularis; maxima altitudo paullo pone medium testae; extremitas buccalis maximam longitudinem more solito in media altitudine, analis, vix rostrata dicenda, ad $\frac{1}{4}$ altitudinis ostendit. Epidermis nitida, laevis; apices erosi margaritam luteo-aeneam exhibent ut fere omnes species chilenses. Nymphae breviores quam in plerisque reliquis, modo dimidium dentem posticum aequant, sed character valde singularis: dentes antici cardinales valvulae sinistrale pariter duo! exterior minor, illi valvulae dextrae omnino aequalis; dens interior anticus valvulae dextrae satis elevatus, truncatus. Margarita intus caerulescens.

6. *Unio ianthinus Ph.*

U. testa tenui, ovata-elliptica, modice inflata, epidermide e viridi fusca induta; apices parum prominuli, ad $\frac{2}{7}$ longitudinis siti; margo dorsalis modice convexus, vix angulum cum

declivitate postica arcuata formans; ventralis medio rectilineus; extremitas analis multo altior; impressio lunularis distincta; dentes cardinales antici compressi, ille valvulae sinistrale absque impressione in latere interno. — Long. 50 mm., altit. 30 mm., crass. 18 mm.

Specimen prope Santiago lectum exstat.

Testa utrinque satis hiat. Altitudo maxima ad $\frac{2}{3}$ longitudinis, ubi ligamentum terminatur; crassities maxima in media longitudine. Extremitas buccalis, angustior quam in reliquis chilensisibus, maximam longitudinem more solito in media altitudine ostendit, postica suam in tertia altitudinis parte. Apices more solito plicati. Dentes cardinales valde compressi. Nymphae breves, tertiam testae longitudinis partem non aequant. Margarita pulcherrime rubro-violacea. — Forma et dentibus cardinalibus statim ab *U. diplodonte* distinguitur; testa breviore postice multo altiore, ab *U. Casaeblancae*; forma valde diversa, extremitate postica haud rostrata etc. ab *U. Landbecki*.

7. *Unio colchaguensis Ph.*

U. testa satis tenui, oblongo-elliptica, modice compressa, epidermide e viridi et rufo fuscescente vestita; apices parum prominuli ad $\frac{1}{4}$ longitudinis siti; margo dorsalis aequaliter convexus, absque angulo distincto in declivitatem posticam abiens, ventralis parum convexus; extremitas analis acutiuscula; dentes cardinales antici crassiusculi. — Long. 58 mm., altit. 31 mm., crass. 18 mm.

Habitat in prov. Colchagua, prope S. Fernando, etc.

Vertices plicati sed plerumque erosi sunt, et tunc margarita aeneo-lutea appareat. Regio lunulae haud plana sed carinata. Maxima altitudo et crassities testae in media longitudine; maxima longitudine extremitatis buccalis in media altitudine, more solito, analis modo ad $\frac{1}{5}$ altitudinis. Dens cardinalis anticus valvulae sinistrale fere duplex, interior dextrae valde elevatus, triangularis; dentes cardinales postici modice incurvati. Nymphae tertiam longitudinis partem superant. Margarita caerulescens.

8. *Unio valdivianus Ph.*

U. testa solida, elongato-elliptica, crassiuscula, epidermide e viridi nigricante obducta; apicibus ad $\frac{1}{5}$ — $\frac{1}{6}$ longitudinis sitis; latere buccali rotundato, anali oblique truncato, rotundato; margo dorsalis fere rectilineus, ventrali rectilineo, internum medio subsinuato parallelus; dentes cardinales crassiusculi. — Long. 50 mm., altit. 27 mm., crass. 18 mm.

Varios rivulos prov. Valdiviae inhabitat.

Extremitas buccalis aequaliter rotundata ut in reliquis; altitudo maxima saepe jam ad $\frac{1}{3}$ longitudinis, et margo dorsalis abinde rectilineus, ventrali parallelus; maxima longitudine extremitatis analis ad $\frac{1}{3}$ altitudinis. Apices mox erosi, in testis junioribus plicati: partes erosae ut in reliquis luteo vel rufo-ferrugineae. Margarita interior caerulescens, saepe ferrugineo-aeneo suffusa. Nymphae modo $\frac{2}{7}$ longitudinis aequant. Impressio muscularis antica — sicut in *U. solidulo* — vix angulum intus prominentem ostendit. Dens cardinalis posticus rectilineus. Angulus distinctus inter marginem dorsalem et declivitatem posticam. — Forma fere omnino *U. rhuacoici d'Orb.* Voy. tab. 69. f. 4, sed noster longe minus obesus est, nymphae longe breviores, magnitudo semper minor. Neque abhorret figura 12—14 tabulae 71, quae secundum textum *U. charruanus* var., qui tamen longe minus inaequilaterus, ita ut hanc formam potius pro varietate *U. rhuacoici* haberem.

9. *Unio montanus Ph.*

U. testa tenui, ovata, valde inaequilatera, modice compressa, epidermide plerumque nigra vestita, extremitate buccali parva, anali multo longiore et altiore, saepe radiatim costata: apices ad $\frac{1}{6}$ longitudinis siti; margo ventralis fere rectilineus, dorsalis angulum distinctum etsi rotundatum cum declivitate postica formans. — Long. 46 mm., altit. 27 mm., crass. 15 mm.

Habitat in rivulis montium litoralium prov. Valdiviae locis nemorosis dictis „la montaña“.

Extremitas buccalis tam parva, analis tam longa atque

alta, margo ventralis rectilineus, ita ut testa saepe formam Carditarum nonnullarum simulet, sed costae posticae, quae similitudinem angent, non semper adsunt. Angulus dorsalis posticus non semper aequa distinctus. Apices, semper erosi, more solito margaritam aeneo-luteam ostendunt; epidermis, fere semper deposito ochraceo obiecta, strias magis aequales, fere sulciformes ostendit quam pleraequae aliae species. Dentes cardinales crassiusculi, antici saepe fere perpendiculares, interior valvulae dextrae elevatus, triangularis; sed saepissime testa ita erosa, ut dentes anomali fiant, imo in specimine juveni fere rudimentarios inveni. Nymphae satis prominentes, tertiam longitudinis partem subaequantes. Margarita plerumque caerulescens.

10. *Unio Foncki Ph.*

U. testa solidula, elongato-elliptica, crassiuscula, epidermide e viridi nigricante obducta; apices ad $\frac{1}{5}$ longitudinis siti; latus buccale rotundatum, anale oblique rotundatum; margo dorsalis valde convexus, ventralis fere rectilineus; dentes cardinales crassiusculi. — Long. 64 mm., altit. 34 mm., crass. 20 mm.

Prope Puerto Montt in prov. Llanquihue legit orn. Doctor Fr. Fonck, mecumque specimen communicavit.

Extremitas buccalis more solito aequaliter rotundata maximam longitudinem in media altitudine habet, extremitas postica jam ad $\frac{1}{4}$ altitudinis. Angulus nullus marginem dorsalem a declivitate postica separat. Apices quam maxime erosi margaritam sordide ferrugineo-aeneam ostendunt. Dens cardinalis anticus valvulae dextrae interius impressionem latam et profundam ostendit. Nymphae $\frac{3}{7}$ longitudinis testae aequant. Margarita albida. Epidermis valde rugosa.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Malakozoologische Blätter](#)

Jahr/Year: 1869

Band/Volume: [16](#)

Autor(en)/Author(s): Philippi Rudolf Amandus

Artikel/Article: [Bemerkungen über die chilenischen Unionen, 43-49](#)